3. „Credo ego mihi ipsi et fateor, quod vidi ad hunc usque diem sex homines a quibus notabilis medullae cerebri pars exivit et sanati sunt, de quibus aliqui eorum maxime duo passi sunt paralysim unius lateris, tamen vixerunt per duos annos, de quibus tres vidi et curavi in terra Carpi, etiam dum essem satis juvenis, et pro aetate non fui deceptus, et habui fideles et peritos Physiscos in societate, à quibus in prima vel secunda visitatione aegro extraxi a labiis vulnerum magnam cerebri partem, quae ex se exierat cranium.“

4. „Et duos vidi quos ego curavi Bononiae, unus fuit quidam. V. Ragacia.“ —

„Alter fuit D. Paulus nepos Cardinalis Histrigonensis et in istum habui multos nobilissimos testes et doctos, cui extraxi in prima visitatione portionem cerebri; dein 13. die exivit alia notabilis portio et tandem usque ad sexagesimam devenit diem sine aliquo malo accidenti, et tale foramen in cerebro erat valde profundum quia causa fuerat cuspis unius ronchae et remansit tale frustum perpendiculariter in cerebro per diem et erat longitudinis quatuor digitorum, quod tenaculis magno labore extraxi, quia vix poterat videri et capi et in eodem foramine tenui tentam per quinquaginta dies, vel circa, quia semper emanabat humiditas aquosa et multa, tamen tunc ad nihilum deducta fuit ipsa humiditas at tunc extraxi tentam quae erat canulata et tentavi consolidare vulnus, et sic circa sexagesimum diem, ob materiam in cerebro contentam, supervenit magnus paroxismus Epilepsiae, cum maximo omnium membrorum tremore et rigore. Hoc ego videns, jussi pedibus evari et capite deprimi, et cum stilo paulatim aperui foramen illud praedictum sub cranio, in quo inveni magnam quantitatem materiae aquosae colore lacteo coloratae qua evacuata statim cessavit Epilepsia et rediit in bonum intellectum. Hoc videns iterum im-

posui canulam et cum lotionibus syringabam taliter, quod exsiccavi totaliter illam humiditatem et sanitati restitutus est. Qui postea vixit multo tempore et Deum testor quod ipse jurabat, quod ipse semper etiam a principio laesionis habebat coitum cum quadam ancilla domus, etsi non singulis diebus, alternis tamen; et bibebat tres phialas aut quatuor Malvatici singulis diebus a principio laesionis; ex hoc credo istum sanatum fuisse nutu Dei.“

Fallopius (C. 45 de curandis capititis vulneribus):

5. „Potest egredi cerebrum in magna quantitate et stare vita; ideo non relinquatis aegros. Multa sunt exempla a Galeno, a Carpo, et a multis aliis proposita. Ego etiam mirabilia expertus sum. Vidi Zingarum Januario mense frigidissimo, partisanone percussum, et sectum est dimidium fere caput, et major quantitas cerebri exiit quam includi possit in ovo gallinaceo, et sanatus est. Habeo exempla familiaria multa, lethale quidem vulnus est, sed solis prognosticis non credendum, quia saepenumero servantur homines. Notate tamen quod vidi multos, in quibus egressum est cerebrum, et aliquot remansere stolidi, aliqui supervixere usque ad 120, dies, aliqui sanantur et integri manent. Habui mulierem concubinam ejusdam, percussam vericulo ignis ab uxore maechi, supervixit ad 80, usque. Sed habeo exempla multa illorum, qui stolidi facti sunt, et periere tandem post duos aut tres annos. Et unum habui in quo parva quantitas egressa est, et duravit ad 80, usque, stolidus non erat, sed eadem die qua egressus est domo concidit statim mortuus. Itaque nunquam derelinquendi aegri, semperque speranda salus.“

Nicolaus Massa († 1569). Tom. II. Epist. 11:

6. „Ego testor Deum, et quamplurimi homines qui adhuc vivunt, testes sunt, me plurimos vulneratos in capite cum incisione ossis, panniculorum et insignis cerebri substantiae sanasse arte et remediis medicinalibus et non solum vulnerati ense, sed fracti tum a rebus frangentibus tum a casu ex alto: ita ut non solum vulnus fuerit in meningis, sed laceratio in substantia cerebri cum deperditione et conquassatione non modicae cerebri quantitatis. Inter hoc vivit adhuc Clarissimus Paulus Raymundus vir nobilis Venetus, qui percussus eum ense in capite in parte posteriori prope suturam laudae fuit, cum incisione ossis, velaminum, et cerebri substantiae; vulnus vero erat duorum digitorum longitudinis, profundum ad trium digitorum crassitudinem, pars ossis incisa ex toto separata erat a reliqua parte crani: cui supervenerunt accidentia omnia futuram mortem enunciantia:

qui tandem Dei omnipotentis auxilio mentem meam illuminantis, et arte et remediis medicinalibus sanitati restitutus est; testes sunt in primis non pauci huius civitatis medici, ac etiam tota et nobilium ac civium multitudo.“

7. „Sanitati etiam opera mea restitutus est magnificus juvenis Marcus Goro, qui cum parte acuta cuiusdam hastilis, ab una parte prae se ferentis securim, et ab alia mucronem, sive pugilli acuti formam, quam alobardam vocant, vulneratus est, et facta fuit fractura, non solum ossis cranii sed panniculorum et cerebri substantiae usque ad os basilare, quod attestabatur radius argenteus in vulnere positus, qui descendebat usque ad os basilare, ita ut sentiretur percussio facta à radio super osse basiliari. Rogatus ego a quamplurimis clarissimis senatoribus accessi, cumque vidisse ossis fracturam insignem satis ad dimidii digiti articularis longitudinem, et ad crassitatem latitudinis ejusdem, scissitassemque a medicis illis, qui medelam praestiterant de illa parte ossis ubi erat fractura: qui cum nullum os visum ab ipsis fuisse asseverarent, causam amissae vocis fuisse cogitavi, partem illam ossis in cerebro fixam, et accepto instrumento chirurgici cujusdam, qui ei in medendo asserviebat, os ex vulnere extraxi et immediate coepit loqui et dixit, „ad Dei laudem sum sanus“, quod non fuit sine medicorum, qui interfuerunt et nobilium senatorum atque adstantium applausu et admiratione. Hic tandem ex malo cibi regimine (nam cum esset iuvenis insolens et incontinens, una die voluit ovataricam, quam caviarum vulgares vocant, comedere) incidit in omnia accidentia, quae futuram et certam mortem significabant: tandem Dei benedicti auxilio et medica arte et auxiliis sanitati restitutus, qui vivit et jamnum: huic nobili supervenerunt accidentia epileptica ex retentione saniei super os cranii basilare. Neque alio ingenio ulcus fistulosum potuit curari, nisi facta argentea canula ad unius digiti longitudinem, ut ulcus continue apertum remanere. Et sic bis et ter etiam in die a sanie expurgabatur, scilicet accepta parte inferiori nasi manibus, et stricta, atque anhelitu contento, et aliquo conamine facto, sanies ex ulcere in summitate capitis egrediebatur ad quantitatem saepissime dimidii corticis gallinacei et plus: qua egressa imponi jubebam mel rosaceum dilutum cum duabus partibus aquae ardentis ex vino per destillationem factae, quam aquam vitae vocant, supra quam cannulam argenteam ceratum de betonica apponi jussi, quam canulam per annum et amplius in vulnus detinuit; sicque ulcere sensim mundificato, partes coaluerunt et facta cicatrice evasit.“

8. „Alphonsus quoque Bononiensis, qui percussus fuit cum ense in parte sinistra capitis inter suturam sagittalem et men-dosam cum incisione non solum ossis et membranarum sed etiam insignis quantitatis substantiae cerebri. Etenim vulnus erat ad longitudinem unius digiti cum dimidio, ita ut manifestissime sub-stantia cerebri incisa inspiciebatur, et digito tangebatur; cui su-pervenerunt accidentia omnia mala mortem et interitum atte-stantia, ut est febris, rigores, paralysis lateris oppositi, aliena-tiones continuae; qui tandem Domino auxiliante evasit nostra rationali administratione regiminis et medicinalium medicamen-torum, quae fuerunt praeter aëris alterationem et rectificationem, missio sanguinis bis facta a vena cephalica ejusdem lateris: atque lenitio ventris a primis diebus cum cassia et in processu per evacuationem cum pilulis cochiis exhibitis: et etiam exhibitio sy-rupi rosati et de endivia, diluti cum aqua betonicae et borra-ginis: et ea quoque quae vulneri imponi secundum diversitatem temporis laesionis jussi: quae talia fuerunt. Etenim in primis illis diebus, antequam accidentia hominem invasissent, continue qui ei medelam praestabant, oleum rosaceum omphanicum in vulnus infundebant, ungebantque universum caput oleo rosaceo simplici; cum vero accersitus, ac supplice rogatus accessisse, videns profunditatem vulneris, et substantiam cerebri incisam, quae jam livescere et corrumpi incipiebat, judicavi omnia acci-dentia ea potissimum de causa provenisse, quoniam cerebri sub-stantia corrumpetur. Nam et sanies (quae pauca erat) foete-bat: cum vero considerare coepisset omnia alia remedia vana et incassum fore, ni prius et putredo et putredinis causa remo-veretur, jussi ut acciperetur mel rosaceum, et tantudem olei rosacei, et duas partes aquae vitae ex vino scilicet factae, quod medicamentum in unum reddebatur: deinde penicillis in eodem medicamento madefactis vulnus replebatur, et oleo rosaceo uni-versum caput unguebatur, sicque processum fuit, usque ad per-fectam ulceris correctionem et mundificationem: deinde cum un-guento de matrisylva super penicilla in eodem madefacta: qui Dei omnipotentis gratia evasit (non sine tamen maximo labore) trium mensium spatio: cui supervenere accidentia epileptica, a quibus etiam ex frequenti exhibitione agarici, et rerum neces-sariarum regimine liberatus fuit.“

9. Minime vero casum horrendum praeteribo, et omni ad-miratione dignum. Etenim vir fortis et strenuus Theodorus Bua, natione Graecus, equitum ductor qui, praeterquam vulnus a quo sinistra manus abscissa et separata ex toto fuerat, (quoniam sola cutis inferior eam detinuit, ne humili caderet, quae suta fuit, et

ex applicitis medicaminibus partes coaluerunt, et sanitati restituta fuit, motum tamen amisit) vulneratus etiam fuit in capite cum ense quatuor magnis vulneribus, cum incisione ossis et substantiae cerebri: horrenda erant vulnera visu, nam cum essent quatuor secundum diversos incussus, et ubique substantia cerebri appareret lacerata, sine spe omnes eramus, et eo magis quoniam supervenerunt a primis illis diebus rigores ingentes, qui non semel sed pluries unica die hominem invadabant, febrisque ardens erat: ariditas linguae, labiorum vulnerum depressio, et resolutio fere universalis, atque substantiae cerebri lividitas, et quod a vulnere emanabat virulentum et foetidum erat: cui praeter aperturam venae cephalicae dextri et sani brachii, atque evacuationem ventris cum cassia, et quoque regimen ex verum necessarium, plurima remedia capitis administrata fuerunt: quae cum non contulissent, unicum salutare remedium fore existimavimus, si jam inceptam putredinem et causas quis amovere possit. Quare cum putredinis causa sit humiditas non regulata a calore naturali, et id quod putridum factum jam est, non poterit nisi exiccatibus remedii modeste calefacientibus corrigi et tolli; consilium fuit ut una cum melle rosaceo et oleo rosaceo, duplum aquae vitae ex vino per destillationem factae permisceretur: sive per plures dies in vulnus hoc medicamen ponebatur: sed cum apparuit sanies laudabilior, amoto oleo rosaceo infundebant in vulnus mel rosatum, et aquam vitae aequis portionibus simul permistam, desuper unquentum de matrisylva super pannum extensem ponebatur, caputque universum oleo rosaceo completo ungebatur: et quoniam per plures menses laboravit, molestatus a diversis accidentibus, et praesertim epilepsia, omni ingenio, ut vulnus adapertum maneret, statutum fuit. Quare ulcus continue replebatur lychniis sive penicillis cum unquento de matrisylva, et desuper ceratum de betonica satis amplum imponebat: quod non dimisit usque ad perfectam ulceris consolidationem: usus est et agarico, et pilulis cochiis permixtis, ut materia crassa, circa panniculos inferioris partis cerebri detenta, evacuaretur, et tandem ab omnibus malis evasit, non sine maximo stupore totius civitatis.“

10. „Praeterea in vico sanctae Mariae formosae, juvenis vinti duorum annorum, qui ex maxima contusione cranii cum quadam virga auri ponderosa a viro forti facta, cum ruptura non solum cranii, sed menyngarum et substantiae cerebri contusione, evasit eodem fere regimine, et eisdemmet medicamentis applicitis, cui tamen non affuerunt accidentia mala, praeter febrem a prioribus illis diebus, qui spatio duorum mensium sanus evasit.“

11. „Famulus etiam Domini Pasqualini Missochae vulneratus in capite anteriori sub sutura coronali versus frontem vulnera unius digiti longitudinis, quod vulnus nullis medicinis applicitis potuit sanari: sed semper sanies ab eo egrediebatur, praesertim si strictis naribus et anhelitu retento, conatum faceret: quae sanies per multos menses permansit, qui etiam ad omnia munera extra domum egrediebatur; hunc sanavi continue bis in die infundendo aquam vitae per syringam. Super vulnus vero exterius cerotum de betonica ponebat: tandem post multos menses frustum ossis longitudinis dimidii digiti egressum est: post cujus egressum vulnus sanitati restitutum est. Possem quam plurimos alios mirabiles casus cum incisione et laceratione substantiae cerebri sanatos enumerare: sed hi satis sint, ut scias vulnera cum incisione, profundatione et deperditione substantiae cerebri saepe a me sanata fuisse: dicant antiqui et moderni medici quicquid sibi placuerit.“

Brassavolus (comment. ad aph. Hipp.):

12. „Nos in cerebro vulneratis mira vidimus: in uno, qui magnificis Valengis inserviebat, tanta substantiae cerebri quantitas exivit, quantum est parvum gallinae ovum, tamen evasit: at deinceps probe loqui non potuit, et per triennium ineptus et fere stupidus supervixit.“

13. „Alium vidimus ex Corsica militem, cui fere dimidium capitis cum sua cerebri portione ablatum est; convalescens, sed nihil recordabatur, loqui non poterat, et erat adeo insensatus, ut nihil vel intelligeret, vel referre sciret: illa solum comedebat, quae in os ponebantur, totum se constercorabat et commingebat, a consociis in Corsicam ductus est; an illuc pervenerit ignoramus.“

14. „Nos Dei auxilio, cui omnia accepta referimus, multos es maximis et gravissimis vulneribus liberatos testari possumus, inter quos hactenus novem jam sunt, quibus non exigua cerebri pars perierat. Fere autem innumeri, quibus prior meninx vehementer fuerat lacerata, ex his autem novem, quos retulimus. Prior apud urbem Xeres Pacensis dioeceseos, familiaris quidam Joannis Bazzani, qui gladio vulnus in capite acceperat, ex quo vulnera membranis ruptis tantum cerebri decessit quantum duo tritici grana sunt. Successit citissima paralysis, et alterius corporis partis, et linguae impedimentum, qua usque ad quartum mensem laboravit, ex qua tamen affectione, postquam ex vulnera sanatus est, melius etiam habere indies coepit.“

15. „Secundus vero fuit puer quidam, 10 annos natus, muli calce percussus in fronte, ut ferrae soleae margine ossa etiam comprimerentur. Huic per continuos sex dies de cerebro,

quantum lens est, singulis curationibus deperiit, atq. hinc nihil mali praeter vulnus est consecutum.“

16. „Tertius in oppido, Fuentes de Leon appellato, erat, qui telo obtuso, ex balista jacto petitus, et capillos et ossa et carnem super cerebrum coacta habebat; prima autem secunda atque tertia cura haec omnia extracta a nobis sunt: pulsatione enim ipsa paulatim expellebantur: una vero et cerebri pars prodibat commista, in quo rem nobis non negligendam animaduerti: id autem fuit quod duodecimo die molle quidam et candidum excrescere intus coepit instar adipis, quod sequenti curatione ita exuberaverat, ut supra carnem omnem emineret, nos autem hermodactylorum pulverem injecimus, eo modo reductum coactumque iri arbitrati. Cum autem tertia curatione supra cutem etiam nimium excessisse deprehendissemus, ferro rem agere consilium fuit. Igitur forcipe, quatenus cranium aequabat resecuimus: Id autem quod resectum (fuit) est, nucem juglandem magnitudine superabat; nihil vero neque sanguinis, neque alterius rei secutum est; postera vero die nihil apparebat, sed plana omnia, bonoque colore constabant. Sanatus igitur hic homo est, sed tamen quoad vixit, morbo regio laboravit, cuius prima accessio septima die fuit, et dum curaretur, alteram et tertiam passus est accessionem. Supervixit autem usque ad quartum et trigesimum annum.“

17. „Quartum autem curavimus in oppido Llerena, Marchionis de Falces, qui eam provinciam administrabat, famulum: hunc alias ex domesticis quidam aeneo petierat candelabro in coronali ossis parte, omnis autem ea ossis pars, qua vulnus accepit, comminuta, atque super cerebrum fuerat vehementer coacta: opus igitur fuit secunda, tertia et quarta curatione: ea ossa omnia extrahi oportuit, quae loca mota, cerebrum graviter premebant, maxime quae in inferiori tabula erant, cerebri substantiam continentis pelliculas ruperant, ex quibus duo ossa ita magna erant, ut per vulneris meatum magna cum difficultate erui potuerint: ab his autem pelliculae, et cerebrum ipsum viatiata fuerant, quamobrem singulis curationibus, a secunda ad quintam usque ternae quaternaeque ex cerebri substantia portiones, eaeque non exiguae decesserunt. Interfuit autem dum curaremus, Benedict. ARIUS MONDANUS Theologus nostras, qui apud nos eo tempore chirurgiam, artis potius quam operis causa, docebatur: quinque ergo continuis diebus ossa et cerebri partes prodierunt quae pulsatione ipsa pellebantur. Atque hic juvenis gravibus symptomatis affectus est, dum curaretur, nam dextro latere convulsionem, sinistro vero paralysin, atque etiam regium passus est

morbum. Haec aut omnia undecima die aggressa, ad vigesimam usque cum summo etiam fastidio duravere. Post haec melius haberet coepit; tandem divina ope omnino incolmis evasit. Idem.“

18. „Dum nos Llerenae (oppidum inter Bethicam et Lusitaniam est) publico populi stipendio chirurgiam, et inquisitionis magistratus honesta mercede exerceremus, admirandum periculum accidit apud oppidulum Valuerde, decem miliaribus Llerena distans, quod hic referre decrevimus, quod ejus hominis restituti historiam nemo audire possit, quin Deo auctori, atque unico humanae salutis praesidi gratuletur. Ea vero res sic habet. Dum operarii quidam praegrandes lapides machinis et arte in terram, quae tunc aedificabatur, tollerent, (productum autem opus jam erat et templum cui haerebat, altitudine superabat) unus ex lapidibus decidens, quendam eorum, qui machinam volvabant, in capite plene percussit, qua sagittalis commissura est; is autem subito corruit; simulque cum lapide terram attigerat autem lapis cubitali latitudine et longitudine duodecim vero digitorum altitudine, et pondere quatuor et viginti librarum. Iacuit autem homo in eodem loco, per horae dimidium, nihil omnino sentiens: inde autem pro mortuo pene, aut intra horam saltem expiraturo domum et sublatuſ. Hic cerebri commotionem passus, tres integros dies non solum sermonis, sed motus etiam expers, movebatur autem ab adstantibus, non secus ac si mortuus fuisseſ. Magna autem ossium pars, depressa cerebro, incubuerat, sanguis vero oculis atque auribus eruperat; caput autem ipsum et collum tumidum atroque colore conspiciebatur. Post octavam autem diem sponte sua apertum est caput à sincipite atque ab occipite, et ex altero etiam latere: maturuerant enim jam apostemata. Nos igitur ossa in locum suum restituimus, membranae autem inflammationem passae sunt: tertia die locutus est, imperfecte tamen, et ut commotae mentis homines solent, apertis oculis imo et patentibus epilepticorum more erat: sed nihil omnino videbat, neque cernere coepit usque ad vigesimum diem, indiesque visu etiam proficiebat. Secundum vero post mensem recte jam cernere, ut sanus cum esset, potuit, cum vulnus jam sanatum fuisseſ. Nam ad vigesimam quintam, plurima ossa remissa sunt. Statim autem e lecto surrexit, tametsi tunc recte ingredi non valebat: atque ita divina magis quam humana ope sanatus est; evasit autem paetus et transversa tuentibus oculis, qui etiam curatione precedente, quarto mense restituti sunt, recteque intuebatur: vivit hic adhuc uxoremque duxit, juvenis tunc erat, oculos vero aliis auxiliis restituimus.“

19. Horatius Augenius (lib. 9. epist. 2):

„Vidimus nos aliquando totam substantiam cerebri vulneratam, ventriculos dissectos; aliquam etiam portionem cerebri cum vulnere jam primum iplato foras profluxisse, hominem tamen vulneratum sanitati fuisse restitutum; hujusce eventus causa non est nisi in corporis naturam firmitudinemque virium redigenda, non in vulnus, cuius causa fuerat moriendum.“

20. Gemma (lib. I. c. 6):

„Est magnopere medicis expendendum, quod in morbis gravissimis saepe evadunt, vel imbellis plurimi, etiam omnibus reclamatibus notis, quae juxta Hippocratis sacrosancta oracula mortem in limine esse designent. Sic in vulneribus cerebri, fragmento calvae ad mollem usque menyngeum, per duram prorsus adacto, nonnullaque ipsius substantiae apparente effluvio, nuper e populo quidam nobis manum admoveentibus est restitutus.“

21. Joannes Andreas a Cruce (lib. Chirurgiae):

„Nos Venetiis, quae nobis dilectissima patria est, hoc anno praesertim Feltriae, ac alibi, dum juniores essemus vulnera menyngarum et cerebri sanavimus et sanata vidimus, nec sumus decepti: nam plures actus anatomicos in humano corpore propriis manibus exerceuimus, ac quamplurimas et propemodum innumerales calvariae fracturas pertractavimus. Quorum fidelissimi testes esse possunt excellentissimi Patres D. Francis. Longus, Leander Zarotus, Vincentius Provincialis, Augustinus Gedaldinus, Tiberius Barbarus, Decius Pulcher, et bonus Joannes de Franciscis, Joseph Bonipertus, Bartholomaeus Belatus, Aloysius Bognotus à Cruce, nepos et nobis tamquam filius dilectissimus, qui a latere nostro vix unquam discessit, ac quamprimi alii hujus inclitae civitatis Venetiarum philosophi ac medici paeclarissimi. Et paulo post. Feltriae nos fuimus in curatione cujusdam adolescentulae, quae cum à cuspidे falcis vulnus cum cerebri laesione passa fuerit, ex quo terebrata calvaria, notabilis portio ipsius cerebri exivisse compertum est, transacto quarto mense sanitati fuit restituta: et in vulnera semper canulam conservavimus, ac usque ad decimum quartum diem solo oleo de terebinthina, et aqua vitae curavimus: inde vulnus guttatum tali liquore repleri jussimus: Vini montani unc. 20. succi betonicae unc. 4. succi calamintiae unc. 2. myrrhae, olibani, aloes, sanguinis draconis, centaureae minoris, granorum hypericonis, ana drachmam unam, potentur quae pistari possunt, ac in subtilissimum pulverem redigantur, et omnia simul componantur, ac per triduum in vase bene obturato marcescant, postmodum lento et claro igne, donec tertia pars absu-

matur, bulliant, et adde mellis rosati unc. 4. et parum adhuc bulliant et ab igne vase detracto, adde aquae vitae unc. 6. liquecant et percolentur, et adde olei de terebinthina unc. 4. et vitro vase cera optime obturato diligenter conservetur. Reliquum vulneris replevimus cephalico pulvere ab Avicenna descripto, ac desuper latam petiam lineam pluribus in locis perforatam cerato humano munitam adhibere jussimus, cum vero perfectam loci rectificationem novimus, solo melle rosaceo ac cerato praedicto usi fuimus, et Deo favente juvenem sanitati reddidimus. Vexabatur tamen quadam linquae balbutie, et oppositi brachii molitie. Longo quidem experimento novimus, omnes fere ab his vulneribus Dei nutu liberatos, aliquo symptomate ex his, quae cerebro affecto apparere solent, desineri. Oleum de terebinthina sic paratur; Rp. Terebinthinae clarae et odoratae libras 111. arenae fluviorum depuratae, lotae et siccae, aut vitri contusi libram j. s. omnia in curva boccia cum suo recipiente ponantur, et boccia in vase terreo, inter quod et bocciam cinis in ea ad sit copia, quod nullo modo tangi possint: et ex lento igne ne terebinthina tumeat et infletur fiat elambicatio, et quod primo destillat aqueum est, ac nullius momenti quod secundo, coloris auro obscurioris, ac densioris substantiae, optimum est, ac usui servandum: quod tertio, atrum et caeno simile est, probatur in ulceribus tibiarum antiquis, et cacoethe. Aut. Rp. Terebinthium clarae lib. 11. laterum recentium lib. 5. mastichis, styracis ann. unc. 1. lateres igniti oleo extinguantur, et fracti misceantur reliquis, et per lambicum tres, ut dictum est, excipiuntur liquores, quorum secundus et tertius optimus est.“

22. Pareus lib. 9. cap. 22.

„Anno Domini 1538 dum ego Polermarchi Montejanii Chirurgus Taurini essem, quandam ex Praetextatis ejus asseclis curavi, cui disco ludenti inflictum lapide fuerat vulnus, in dextro bregmate cum fractura et effractura ossis tanta, ut per eam, cerebri substantia dimidiae nucis avellanae crassitie exiliret. Quo animadverso statim pronunciant vulnus esse lethale; obtrectabat huic meae opinioni, qui dum aderat Medicus, afferens ejusmodi substantiam haud cerebri esse portionem, sed adiposum quoddam corpusculum. At ego hominis pertinaciam ratione et experientia adstante multorum nobilium corona convici: ratione quidem quod sub cranio adeps gigni nequeat, nam etsi conceptae illic partes frigidae sunt, tamen quia spirituum animalium calidissimorum et praetenuum copia, quae vaporum ex toto corpore eo suscitatorum calore fervent, adipem circum se concrescere non patiuntur. Experientia vero, quod per cadaverum dissectiones nunquam eo

loco animadversus esset adeps: jam vero adeps aquae eminet et innatat: haec vero suhstantia utpote medullosa in aquam injecta, fundum statim mersa petivit. Denique adeps igni admotus funditur et liquatur; at haec camenti laminae imposita substantia, resiccabatur quidem et inarescebat, contrahebaturque in sese loci instar quod omni medullae, familiare est, minime vero liquebatur; ex quo omnium qui aderant clara voce intellectum est, quam verum esset meum de illa substantia, quae cratio eminebat, iudicium. Rescissa tamen ea, convaluit nobilis adolesceus, caetera sanus, nisi quod in vitae reliquum surdus mansit.“

23. „In Metarum obsidione Pienarum dominus, cum ad dirutam muri partem propugnaret, fracto temporis osse laesus est lapidis ictu ex adstante muro elisi, aeneo tormento ab Imperatoriis castris disploso; ab ictu statim concidit, sanguinem ore, naribus et auribus cum multo vomitu reddidit, ac totos fere quatuordecim dies mutus et attonitus sic exstetit, ut neminem adstantium agnosceret. Crebrae palpitationes ac subsultus convulsorii illum exercebant, faciens tumida erat. Terebratum autem illi fuit os frontis ad latus temporalis musculi manu Petri Auberti Chirurgi Regii: ac quamvis die quinto ac vicesimo caro mollis et exquisito sensu praedita per foramen terebra factum emersisset, cuius ortum cathaeretici pulveres prohibere non potuerunt, tandem tamen convaluit. Emergentis hanc carnis speciem veteres Fungum nominarunt, quod mollis sit et radice subnixa fungi instar superne laxior, inferne tenuior: augetur vero et decrescit pro materiae affluentis copia, et Chirurgi arte incrementum intercipientis industria. Foetet valde haec caro: vulgo Ficum sancti Fiacrii nuncupant. Ortum habet id mali genus hoc fere modo. Quemadmodum in arborum tunicis ab alimenti excrementis humor quidam semiputris, crassus et glutinosus per corticem exudat, sensimque excumulatus cogitur in fungum: sic ex crassae menyngis et cranii vasis ruptis sanguis exilit, temperie et consistentia melancholicus, quem etiam aliquando natura ad carnis illis locis necessariae reparationem transmittit, nude concrescit quidam veluti fungus, qui Galenei sententia partium quibus adnascitur naturam et conditionem redoleti quanquam in genere de natura verrucarum malignarum. Caeterum ad ejusmodi fungorum profligationem admovenda sunt remedia, quibus specifica facultas insit absundiae carnis superfluae, qualia sunt validius exsiccant, et blandius atterunt, et excedunt: quale est quod sequitur. Recip: Sabinae drach. 11. ocrae drach. 1. pulverisentur simul, aspergatur caro accrescens. Vel. Recip. hermodactylorum combustorum unciam, fiat pulvis in eundem usum. Quod si ejus-

modi caro fungosa eo, ut saepe fit, incrementi veniat, ut ovi magnitudinem aequet, quam proxime radicem sericio filio liganda est, et constringenda arctius: cumque vi constrictiois deciderit, commemoratis pulvisculis est aspergenda: sic enim certius quam acrioribus cathaereticis profligabitur.“

24. Jacotius (Commt. ad aph. Hippokrat):

„Nos observavimus, quibus cerebri partes sauciatae essent, alios repente mortuos: alios soporatos cruentatis etiam auribus et naribus diu mansisse, tandemque evasisse. Quendam Arelatae, cum diu obmutuisset, crebrisque convulsionibus prehensus, supremum, ut videbatur, diem conficeret, subito e lecto noctu exilientem, ac furore percitum in eos, qui aderant impetum fecisse, prostratisque aliis cum Franciscano valente et nervoso diu pugnis, unguibus calcibus certasse, quem frustra ceterorum opem implorantem, ita miseris tractavit modis, ut arrepta primum cruce, deinde matula, fuste, ferro etiam incredibili vi e fenestris detracto, hominem non sine ejulatu penes oppresserit; ac certe sublato lapide quadraginta pondo, tandem oppressisset, nisi Franciscanus in summa desperatione collectis viribus ictum gravem aegri pudendis impegisset, quo ille humi concidit. Hic tamen praeter omnium opinionem nostris auxiliis adjutus tamen convaluit.“

25. „ . . . symptomata supervenerunt et cuidam cui durior cerebri membrana anteriore parte punctim laesa fuit. Vulnus hic acceperat cum tridentis acuto radio in superiore dextri oculi palpebra sub ipso supercilio, oculi bulbo haud laeso: exigui momenti vulnus habitum: cito quoque in palpebra coaluit: interim vulneratus sopore tali correptus, qualis is qui cum baculo percussus erat, ac eodem affectus modo. Adhibita fuerunt multa capiti remedia, non etenim ex tam exiguo vulnere, sed alia ex causa, putabantur talia supervenisse accidentia. Cum vero nullis remediis affectus cederent, superveniens noxius sopor, vitae finem fecit. De causa mortis cum dubitatio esset et concertatio, primum exemptus est oculus, atque tunc compertum radium non tantum palpebram vulnerasse: sed ulterius progressum os illud penetrasse, quod cavitate sua oculi bulbum continet. Exempto vero et frontis osse, apparuit durior membrana et vulnerata et sanguine multo perfusa, jam corrupta cerebri proxima vulneri substantia ac vitiata. Quae dubio procul exitii causa. Dodonaeus observat Medicinal, cap. 3. Hippocrates lib. Prorrheticā statim initio, similiter in Coacis praenotionibus interrogare videtur num sic affecti Phrenetici sint. Qui soporosi, inquit, inter (initia) fiunt, cum capitis, lumborum, praecordii, collique dolore vigilantes

num phrenetici sunt? Respondet Galenus in Commentariis, Phrenitin non appellari (proprie videlicet) nisi febricitet aeger et continuo deliret, ac continuitate dementiae, quodque simul cum febri fiat, phrenitin agnoscit: phreniticos tam et hos esse, qui soporosi existentes sapiunt, sed et deliria quandoque loquuntur, atque a praesentibus expergefacti stupefactis similes videntur: et tales quidem fuisse, de quibus Hippocrat. Epidem. lib. 3. sect. 3. hunc in modum scribit. Neque phreniticorum quisquam insaniavit, ut in aliis, sed alia quadam veternosa in somnum delatione capite gravati moriebantur. Ex quibus apparet, cum eum cui os petrosum fissum, et alteram in capite vulneratum, tum et hunc, cui punctum laesum, phreniticos dici potuisse: cum et ipsi excitati, veluti stupentes, mox in soporem relapsi, subinde ad interrogata recte responderint quandoque vero aliena.“

26. Coiter (Liber observationum):

„Bononiae in aedibus nobilissimi, amplissimi ac prudentissimi viri D. Joannis delli Armae Senatoris Bononiensis, quidam ex suis ministris ab equo calce vehementer percussus, in capite juxta suturam sagittalem vulnus accepit rotundum et augustum ad cranium vix penetrans. Ob percussionis vehementiam suo Doctori Arantio, tum temporis chirурgo felicissimo, offensionis cerebri suspicio oriebatur, quare incisa capitinis cute in formam crucis vel X literae, os detexit, quod etiam terebra perforavit ad interiorem fere laminam usque, nam ob sanguinis effluvium profundius penetrare nequivit, secundo die rigor febrilis, quem sequebatur aestus supervenit. A principio conquestus est de capitinis, praecipue de colli intenso dolore, lassitudineque brachiorum; febri quartanae, qua ante diu laborarat, rigor, brachiorum lassitudo casui, colli dolor contorsioni inter cubandum assignatus est. Paucis diebus post facta evacuatione et sanguinis missione, febris omnino remisit, mitiora sunt redditia omnia symptomata, nunquam tamen vulnus mihi placuit; erant enim vulneris labra tenuia squallida, depressa, flaccida, et mali coloris, minime ut in non lethalibus, vel non periculosis, subdura, es tumida mediocriter, absque inflammatione tamen, et vivi coloris. 19 die accessit rigor, et cum eo maxima atque violenta inferioris maxillae conquassatio, vomitus biliosus, singultus, capitinis ingens dolor, inquietudo, delirium, vigiliae, facultatis ventriculi retentricis imbecillitas et colli rigiditas. Rigor erat frequens, inordinatus, absque calore comitante, ut in quartanis rigoribus contingit. Sequenti die, excepta colli convulsione, inquietudine, maxillae concussione, omnia symptomata multum remisere, et tandem mortuus est. Apertum fuit caput et invenimus putredinem dimidiā cerebri partem, occu-

passe. in ventriculo lateral i et medio, qui tertius dicitur, plurimum tum puris, tum aquae subrubro colore tintae vidimus, dura membrana fuit integra, et e regione vulneris aliquo usque a crano libera; acreverat in illo loco membranae caro laudata, quae etiam crani foramen obturarat. Hoc idem in multis similibus vulneribus interemptis, deprehendi. Unde periculosiora penes me sunt crani vulnera, in quibus integra dura, cerebrum laesum est, vel ubi sub dura membrana laesa vel arteria (quod levi de causa contingit) sanguinem effudit, quam cum membrana simul sit vulnerata. Siquidem horum plures, atque illorum vidi curatos, nam membrana dura cerebri ob suam densitatem atque crassitatem, nec sanguinem emissum, nec pus sub ea generatum emittere potest. Hac de causa nisi reprehensionem et calumnias metuerem, in gravibus et periculosis capitis vulneribus ubi vel contusionis cerebri vel perrupti vasis sub membrana manifesta haberem signa, auderem hanc duram cerebri membranam perscindere, etenim ut in omnium, sic in horum vulnerum curatione praecipuum est, perficere, ut vulnera optime expurgentur, nam omne quod tangitur a putrido, putrescit.

27. Adjiciam hic et aliam historiam de quodam, qui etiam cerebri habuit vulnus profundum et magnum, multo magis atque prima admiratione dignam. Ante quinque, ni fallor, annos Ambergae in superiori Palatinatu cum Illustriss. Ducis Bavariae et Comitis Palatini Rheni Ludovici, Palatinatus superioris praesidis essem Medicus, cuidam qui ipsius principis equi instruendi curam gessit, nomine Nicolao Graffereuter novam explodendi bombardam, frustum ejusdem (inter explodendum enim in multa frusta disrumpebatur) inter supercilia, paulo supra superciliorum intercapidinem, frontem perfregit et ad dimidii digiti longitudinem in cerebrum oblique dextrorum ingressum est, aliud frustum ejusdem lateris oculi corneam tunicam discidit: unde aqueus sive albugineus humor totus effluxit: ex percussionis vehementia tanto impetu vulneratus retrorsum in terram projectus impegit, ut ex hac illione occipitis cerebri posterior pars vulneri objecta non leviter offensa sit, idcirco magis de hac parte, atque de vulnere oculove conquerebatur. Stupidus, attonitus, et omnibus sensibus quasi orbatus, domum vectus, et curae barbitonorum balneatorumque, qui istic magni habentur, commissus. Hi cum cerebri non parum ex vulnere eminere cernerent, atque prognosticarint, eum desperatum atque intra tridum vel quatriiduum moritum, Illustriss. Princeps ut erga omnes, sic versus suos benignissimus ac clementissimus casum ministri dolens, me accersiri, vulnus detegere, atque quidnam de vulnere esset, explorare jussit. Ego removi

emplastrum et statim cerebri aliquot frustula cum sanguinis grumis, non sine reprehensione barbitonorum (volebant enim cerebrum relinquendum fore) exempti. Quo et Celsitudini sua et circumstantibus aulicis cerebrum fuisse laesum certo constaret, id cerebri, quod abstuleram, omnibus demonstravi; ne aliud quam cerebrum esse putarent, ex sufficienti enumeratione partium, nec pus, nec sordes, (trium enim horarum spatio tale nihil generari potuit) nec os, nec cutim, nec carnem nec membranam, sed cerebri substantiam fuisse comprobavi. Celsitudo sua respondit, „jam conclamatum est“, inquiebam: „est quidem casus periculosissimus, verum non omnino desperatus, neque lethalis,“ hocque exemplis plurimis confirmavi. Illustrissimus Princeps admirabundus dixit, hoc in Germania inauditum, utque Celsitudini sua convalescentiae ministri majorem spem facerem, attuli Fallopii commentaria in Hippoc. librum de cranii fracturis, in quibus similia enarrat, deinde, quae exempla Fallopius isthic de cerebri gravissimis vulneribus ab eo curatis recenset, Celsitud. sua indicabam. Tandem Illustriss. Princeps acquievit, commisitque totum sauciatum meae curae, ego eum curandum suscepi et humana policebar. Mira benigne lector audires, si vellem hic recensere barbitonorum balneatorumque, quo exarsi sint erga me, tanquam prognosticum, atque illorum curationis modum (in principio enim omnibus capititis vulneribus et etiam gravissimis, barbitonores in Germania adhibent cataplasma calefaciens, humectans ac relaxans, non-nunquam miscent attrahentia, vocant hoc cataplasma Germanice (ein warm Gebandt) latine ligaturam calidam, aliquot post diebus fervidissimo vino vulnera eadem fovent) spernentem furorem columnas, obtrectationes atque maledicta, quibus me lacesaverunt, ultimo quantum virus in me evomuerint. Evidem recordatione responsi Socratis, dum a protero ac insolenti homine in publico laesus, ab amico, cur illum non injuria apud magistratum deferret, interrogabatur, haec omnia devoravi, et alia singulis diebus devoro: eos enim commiseratione potius quam incusatione dignos esse judico. Haec justis de causis hic inserere coactus sum: nunc ad rem nostram. Reperi aegrum cum febri satis intensa et delirio, oculi laesi palpebras tribus in locis vulneratas, easque cum vicinis partibus ad pugni magnitudinem ita inflatas atque tumefactas, ut ad inspiciendum oculum palpebras disjungere nequierim. Mundavi vulnus diligenter, exenti tum cerebri tum ossium parvas portiunculas a subjectis partibus liberas, immisi convenientia atque vulnus obligavi, sanguinem ex brachio extrahi jussi: oculo imposui cataplasma ex farinis et herbis partim frigiditate, siccitate et levi adstrictione inflammationem ar-

centibus, partim ex dolorem sedantibus, unde postridie majori ex parte tumor subsiderat: inspxi oculum et reprehendi humorem albugineum universum effluxisse, corneamque tunicam desidisse, atque crystallino humoris immediate incumbere; jussi sanum oculum occludere, ac intueri laeso (ut fecit) circumstantes, quos praeter omnem rationem et cum stupenda admiratione laeso oculo aequo, atque integro vidit agnoscitque: duravit visus in hoc oculo ad sextum usque diem, quo coepit deficere: erat enim tanta ob vehementem illius oculi contusionem, putredo, ut a corruptione diutius conservari nequierit. Opinor si exiguum extitisset corneae tunicae vulnus, visus privationem non secutam fuisse. Si quidem vidi in pueris corneae vulnera stylo puncta, ex quibus humoris albuginei parvum effluxerat, et tamen curata, similia ab aliis sunt animadversa. Vulnus erat ab omni inflamatione liberum effuditque grumosum sanguinem cum cerebri contusi aliquot particulis: ad delirium, dolorem occipitis et febrium quae intensius creverant, accessere rigores inordinati, appetitus prostratio, vigiliae atque vulneris magna suppuratio. Occipitia principio repellentia adhibui, deinde exiccantia et discutientia absque manifesto calore, interdum etiam anodyna: his cum viderem nihil me proficeret, contusionemque occipitis ad suppurationem, quod ex pulsatione, doloris incremento febris exacerbatione et rigoribus inordinatis, qui vulneribus cerebri familiares sunt, conjeci tendere; ad maturationem me converti, atque paucorum dierum spatio collectam materiam suppuravi, intus apostema perrumpit et per vulnus expurgatum fuit integrum; nunquam integre a symptomatis enumeratis liberabatur, interdum remittebant, nonnunquam rursus exarcebantur, inter caetera rigor, praecipue nova collecta in cerebro materia, quae expurgari nequivit; equidem corpus purgabam, humores revellebam, derivabam, ulcus expurgabam, exiccam et corroborabam vulneratum cerebrum cum decoctis, matre balsami, et interim balsamo artificiali similibusque per cystere auriculare immissis. His dubia spe et plurimorum hominum, qui eventum vel finem videre desiderarunt, expectatione ad quartum a vulnere accepto mensem perseveravi: tum primum levam convalescentiae spem concepi et symptomatum constantem remissionem reprehendi, multum tamen puris quotidie effluxit. Tertio mense materia callosa, cuius in praecedenti historia mentionem feci, tanta duritie atque copia ex vulnere excrescere coepit, ut mihi in removendo atque impediendo, ne vulnus ea substantia occluderetur, negotium non leve exhibuerit, compescere illam crescendi luxuriem tum causticis aquis, tum alumine, tum vitriolo combusto tum vinculis (erat enim fere tota exanguis, stupidi sensus et dura) tum aliis medicis, totis conatus tum vi-

ribus, at semper ex profundo repullulabat ad extremum decimo vel undecimo mense, convalescentia succedente, sponte succrescere desiit. Symptomata omnia sensim ac pededentim evanuere, ac tandem 12 post inflictum vulnus mense, per Dei omnipotentis insignem et insperatam benignitatem valetudinem pristinam recuperavit."

28. „Bononiae in aedibus generosi et nobilis viri Julii Caesaris Malvetii, Regiensis quidam nomine Augustinus gladii non admodum acuti cuspide in capite vulneratus est; vulnus vero ab osse bregmatis sinistri lateris paulo post aures incepit, et transversum per musculum temporalem, qui totus transscissus fuit, ad oculi canthum majorem sese extendebat atque in cerebri profundum ad ejusdem lateris ventriculum fere penetravit. Fractura haec cranii non fuit simplex sed ex έδρα, i. e. sede, et ex contusione composita, siquidem squamae et separatae et exemptae sunt. Aeger statim ab accepto vulnere in terram concidit, biliosa evomuit, amisit sensus et motum, correptus est rigore et spasio; aliquot horis post rediit ad se ac balbutire adstantesque vix aegre cognoscere incepit; attamen tum memoria, tum intellectu, tum sensibus omnibus vacillabat. Quarta die febris, quae ante mitissima fuit, aucta est et cum ea omnia symptomata intensiora sunt redditia, et ex vulnere singulis diebus substantiae cerebri quid excernebatur, idque tantum, ut totum collectum dimidiae nucis juglandis magnitudinem adaequarit. Ad vesperam quartae diei supervenit alvi solutio, unde quinta die omnia remiserunt, multo magis sequentibus diebus. Nona die maxima visa est mutatio in melius, in vulneribus enim capititis crises sunt admodum fallaces et inconstantes. Ex vulnere cerebrum excrevit, ut in omnibus capititis vulneribus, quae ego tum curavi, tum a Fallopio tum a Julio Caesare Arrantio curata vidi. . . . Decimo quarto die abscessere duae ossis portiunculae, 30. die ulcus undequaque, fuit carne repletum et tamen duae ossis squamulae erupere. Postquam curatus fuit, memoria semper laesa, stupidus intellectus, judicium valde imbecillum permansit.

Aus den angeführten Fällen will ich zunächst nur dasjenige hervorheben, was die Verletzung des Hirns selbst betrifft; das, was die Verletzung des Schädelgehäuses angeht, wird im nächsten Abschnitte analysirt werden.

Was den Instrumentenbedarf anbelangt, so gibt Guido sechs Hauptwerkzeuge an, von denen jedes in drei verschiedenen Größen vorhanden war: 1) Trepape; davon führt er den Galen'schen, den Pariser und Bologneser an; es waren offenbar Perforativtrepape. Das Pariser hatte oberhalb des Stachels Löcher, damit der erstere je nach der Dicke des Knochens mehr oder weniger weit vorgeschoben werden könne; das Bologneser war lanzenförmig, „quia pars acuta potest intrare et lata prohibet, ut contra voluntatem intus non cadat.“ 2) „Separatoria“, wiederum ein Pariser und ein Bologneser Modell, „ad separandum de uno foramine ad aliud: das hintere Ende war zu einem „Elevatorium“ gebildet. 3) Elevatorien. 4) Ruginen. 5) Lenticulare, das Linsenmesser, „est in forma scindipennium (Federmesser) cum lenticula in acuitate sua.“ 6) „Malleum ad percutiendum retro lenticulare et debet esse de plumbo, ut in parva quantitate magis ponderet et sonet magis obtuse.“

In der Nachbehandlung unterschieden sich die Vorschriften nicht von jenen, die bei Kopfverletzungen überhaupt angewendet wurden. Als solche Vorschriften gelten neun

eigene Documenta, aus welchen wir alles Detail, was den Verband betrifft, erfahren.

„Quorum primum per viam notabilis est, quod vulnus capitum maxime cum fractura ossis multas specialitates habet et doctrinas a vulneribus aliorum membrorum, tum propter propinguitatem et nobilitatem medullae cerebri, tum etiam quia propter ejus formam sphaericam non potest uniri, neque servari cum ligatura ut alia membra. — Secundum, ut serventur intentiones communes de phlebotomia et purgatione et ventre; de diaeta, ut sit magis tenuis; de fluxu sanguinis, ut restringatur; de extractione infixorum minus molesta. — Tertium est, ut in vulneribus capitum ante omnia removeantur crines et radatur caput eum humectando cum aqua et oleo, ut dicit Guilielmus, taliter cavendo, ut pilus aqua et oleum in vulnere non ingrediatur, nam consolidationem impediret. Et ut in principio materia et dolor refrenentur supra et infra vulnus ponendo albumen ovi. Et in circumferentiis semper inungatur cum unguento de bolo, aut cum oleo rosarum, ut dolor et dyskrasia (offenbar die localen Zersetzungsvorgänge) sedentur et apostematio prohibeatur.“ — Quartum ut caveatur a frigore; . . . et ideo consulebat Guilielmus, ut in hieme, quum praeparabuntur, ponantur carbones incensi juxta ipsos et clavis fenestrarum habeatur lumen candelarum, et ut post ligationem cooperiatur caput cum coffa (Kappe) de pelle arietina. — Quintum, ut si in eis est facta sanies, remutentur (Verbandwechsel) in die semel in hieme, bis vero in aestate, et ut remutatio cum cotone, carpia atque pannis molibus suaviter et indolorose fiat. — Sextum, ut desuper lichinia frustum suavis spongiae apponatur, ut per ipsum suggatur et recipiatur sanies, ut ad cerebrum non descendat. — Septimum, ut ligatura conveniens adaptetur. Quum vulnus incarnare volumus ligatura duorum capitum fiat, quae saltim est semiincarnativa; et fit, ut habeatur binda plus unius brachii longa, lata quatuor digitorum et volvatur tota, praeter quod duo palmi, cum quibus incipiatur secundum frontis longitudinem, trahendo versus aurem oppositum vulneris, et aliam partem volutam versus aurem vulneris, aures tamen non cooperiendo, ducendo eam usque ad caput aliud bindae, et ibi juxta aurem circumvolvatur stringendo; et caput palmorum ducatur versus inferius; caput volutum ducatur superius versus caput reducendo ipsum per partem posteriorem capitum versus caput palmorum; et iterum, ut prius, cum illa circumvolvendo et reducendo supra caput. Et toties illud fiat ut totum sit cooperatum et bene ligatum. Deinde ligant Bononienses

duo capita sub mentone; Parisienses ea suunt in medio frontis. Si autem vellemus solum tenere medicinam, faceremus ligaturam capitum multorum, quae fit in capite per hunc modum. Habeatur magna petia linteoli, longa trium palmorum et lata duorum et incidatur in quolibet latere ad latitudinem trium digitorum, usque non remaneat nisi unus palmus in medio. Et tunc unum de illis capitalibus cum alio stringendo secundum capitum circuitum ligetur retro; aliud vero cum alio transeundo per collum ligetur a parte anteriori sub mentone. — Octavum documentum, si aliqua squamma ossis remansit, cum vino administretur audacter; si non fuerit febris, pulvis ille capitalis. . . — Nonum ut situetur et jaceat vulnus in principio super partem, in qua minus gravabitur; post vero, si facit saniem supra locum vulneratum ut sanies possit melius excolari.“

Ich konnte mich nicht enthalten, diese Lehren in ausführlicher Mittheilung zu geben; nur aus dem ganzen Detail vermögen wir uns das Bild der damaligen Behandlung zu construirenen. Von der Körperlage an, bis zu den kleinsten Utensilien, wie Charpie und Compressen, Roll- und vielköpfigen Binden; und von der Diät bis zur Beförderung der Splitterausstossung liegen uns ganz genaue Angaben über die Praxis des 13. und 14. Jahrhunderts vor und — das Bild ist gewiss kein ungünstiges. Die Sorgfalt war gross! Wenn wir uns an die heutzutage aufgetauchten Bemerkungen über die nachtheiligen Folgen der Abkühlung grösserer Körperflächen erinnern, so wird uns Wilhelms Sorgfalt, bei dem Verbande im Winter glühende Kohlen in der Nähe zu halten, nicht fremdartig erscheinen; wenn wir die antiseptischen Verbandmethoden von heute berücksichtigen, kann uns Lanfranchi's Streben, die Zersetzung ja zu beseitigen, nur bekannt vorkommen; und wenn wir an Stromeyer's und der anderen Kriegschirurgen Lehre über die secundäre Abstossung der Knochensplitter denken, ist uns Quido sehr nahe gerückt.—

Nach Quido von Cauliaco kam die Operation in Verfall und die Behandlung der Verletzung artete in abergläubische Quacksalberei aus. Ein Jahrhundert später und wir finden bei Bertapaglia Sachen, über die man nicht ohne Lächeln hinweggehen kann. Bei der Diät sagt er z. B.:

„Cibis suus sit pannata cum uno vitello pulli, aut brodio pulli sine sale; nam nihil est magis pestiferum et quod magis inducat lapidem in vesica, quam sal.“

Sehr werthvoll ist auch der Rath:

„Fac ut tua mens stet hilaris et sine aliqua mala cogitatione, et dic aegrotanti, quando ipsum curas rem placabilem et jocosam.“

Eine Salbe, die der Conciliator angab, preist er mit den Worten: „agit in cerebro miraculose qualitate divina“; die dreissig anderen Salben und Pflaster sind alle emplastrum „mirabile“, „bonum“, „valde bonum.“ Was seine operativen Eingriffe anbelangt, so theilt er uns mit, er habe eingedrückte Fragmente nie elevirt, „non extrahebam, quia os nunquam a medico violenter extrahi debet, nisi pungat, aut nocumentum velaminibus et cerebro faciat.“ Er hob nur langsam die Haut mit dem Perioste vom Knochen ab und bei der 3. Visite erweiterte er die Wunde — „furtive incidebam“(!)

Gehen wir in der Zeit um ein Jahrhundert vorwärts, so stossen wir schon wieder auf Operateure, welche die Trepanation übten und als ein wahres Rettungsmittel priesen; so Joannes de Vigo und Mariano Santo. Daneben taucht zu dieser Zeit das erstemal der Gedanke auf, dass subcutane Fracturen nicht trepanirt zu werden brauchen. Die nachfolgenden Mittheilungen geben ein anschauliches Bild des damaligen Denkens über die Frage.

Der als Operateur berühmte Francesco de Arce (1493 bis 1573) trepanirte in folgendem Falle:

„Ex duobus rixantibus hominibus alter ab altero percussus est saxo; is vero, qui accepit, galea caput armaverat, qui tamen gravissimo turbatus ictu protinus in terram corruit; statim autem, dum ab accurrentibus sustollitur, evomuit. His ego conjecturis et galeae aliquantulum compressae contemplatione ossis rupturam subesse judicavi. Loco igitur aperto, contusionem ipsam vulnere facto formavi. Postera vero die cranium eo instrumento, quod a Graecis abaptiston, nobis trepanum dicitur, terebravi quantum vix capillaris et subtilissima rimula in osse ostenderetur. Offendi autem satis magnam concreti ac tetricimi cruroris copiam,

quae duram matrem defluxerat; sed brevi a me curatus est,
nullo gravi symptomate invadente.⁴

Hingegen unterliess er die Trepanation bei kleinen Kindern.

„Existunt persaepe in pueris septennio minoribus contusiones, aut casu, aut ictu aut aliquovis instrumento impetuose factae similes omnino apostematibus, aut iis vitiis, quae in aereis aut plumbeis vasis conspicimus, ita ut cutae illaesae et posteriore etiam crani tabula minime rupta, prior tamen persaepe laedatur. Namque ejus ossis per aetatem teneritudo aliquando in causa est, ut nonnunquam cranium illaesum saepe etiam laesum et ruptum deprimatur, et pelliculae cerebrum ambientes rumpantur, quod nos persaepe deprehendimus. Ejusque rei exemplum super editum est, cum in oppido Llerena Bethicae provinciae, quadrimus puer nobis curandus fuisse oblatus, quem lignea porta e fenestra decidens gravissime percusserat, secundum eam quae coronalis commissura dicitur, ex quo ictu, utrumque os, atque utraque etiam membrana rupta sunt, atque etiam cerebri pars ter per totum curationis spatium emissa est. Sanatus tamen est puer citra vulneris manifestationem, et sine ulla ossium jactura, neque ultra vigesimum diem dilata est curatio. Ad hujusmodi autem compressiones in puerorum capitibus curandas, nulla vulneris majore (quam ipso casu facta est) manifestatione fuerit opus: et si nullum vulnus factum fuerit, nihil est apere riendum, quamvis omnium ossa laesa comminutaque esse cognoscantur, atque haec tutissima ratio curandi in ejusmodi vulneribus erit. Nam quicquid contra, quam diximus, vulgo fieri solet, id certissimum habet periculum. Hujus autem haec curationis ratio est, praeter temperatum pueri et salubrem victum, aut saltem nutricis, si lacte adhuc alatur: diversiones alias facere conveniet, aut brachia ipsi aut crura scarificanda sunt. Si contusio nullum manifestum vulnus ostenderit, prima curatione hoc remedio utimur. Rx Olei rosarum, camomelini ana dr. semis, olei myrrhini drj. ovi unius album cum vitello, cum parte aliqua farinae fabarum, et hordei ana, et myrtillorum pulvere drj. omnia commode miscantur, et fiat ad modum emplastri, idque sub contuso loco ponatur; postera vero die aliud emplastrum adhibemus, loco tamen probe prius novacula abraso. Rx Sordicie alvearis apum, vel si id haberi minus possit, cerae novae sordidae, et mellis communis pulverizati drj. lapidis haematitis in pulverem redacti dr. semis, pumicis lapidis, et cymini et absinthii, et furfuris communis gry. misce omnia ad ignem, et fiat emplastrum, quod loco depresso

imponito, latiore etiam ambitu duorum digitorum; mira enim vis vis hujus emplastri est, ut intra duodecim dies ossa contusa compressaque tollat: nullumque ad eam rem medicamentum efficientius esse puto. Quod si praeter ossis depressionem et rupturnam vulnus etiam fuerit, principio ovi albo, et vitello simul agitato curandus est, additis petiis mollibus, atque tenuibus, stupa, pulvillis, quibus vulnus tegitur. Postera autem die, utemur balsamo a nobis saepe commendato: vulnus autem hoc tenuiter ex pluma inungendum est: cuius praesentissima virtus facile hoc in genere etiam perspicietur; mire enim concoquit, emundat, craneumque inducit: liquefactum autem esse oportet, non nimis tamen, ne quid aegrotus uratur; aut ne quid de medicamenti vi nimis calore decedat. (Illud vero maxime est cavendum, ne quod omnino os extrahatur, quamvis omnia comminuta esse constiterit) filis autem siccis vulnus operiendum est, neque iis nimium pressis. Super haec vero id, quod modo descriptsimus, emplastrum est addendum, calidum quidem illud, quod profecto magna cum currentis voluptate et administratione, sine ullo discrimine, omne pus quod intus conficitur, exsugit, et compressa quoque ossa brevissime tollit, in eumque restituit, qui secundum naturam fuerat, situm. Possumus enim tuto affirmare, nobis hac et aliis curandi rationibus, quae descriptae iam sunt, per annos plus quinquaginta, frequentissimo experimento usis, semper ex animi sententia successisse et Dei auxilio, cui nos omnia accepta referimus, multos e maximis et gravissimis vulneribus liberatos testari possumus.“

Johann Lange, der Freund Melanchthons, lernte die Trepanation in Italien kennen; er theilt folgenden Fall mit:

„In Novoforensi Noricorum civitate puer Ianii trimus ex superiori domus tabulato prospiciens, pronus in stratum decidit, et in delapsu caput parieti prominenti allisit. Qui cum in domum patris seinianimis deferreretur, primum bilem evomuit, et spasmo epilepsiae bis convulsus, obmutuit, et tam brachiis quam crure sinistri lateris resolutus, comate deprehensus jacebat. Ex quibus signis facile conjicere potui offensam per cranium ad cerebrum usque penetrasse. Quare altero die mox caput concussum, primum in occipite, non longe a suturae intervallo ex utroque latere aperui, unde quotidie cruar sanie permixtus ubertim profuebat: et cum per haec caput expurgatum fuisset, puer (vel hodie superstes) citra omnem membrorum et loquelae offensam Deo auspice, convaluit.“

Leonardo Botallo (geboren 1530) erzählt mehrere Fälle:

1. „Felicissimum exitum vidi in agresti quadam muliere quadragenaria lapide in sinistro bregmate percussa. Hanc villicus tonsor tractavit usque ad diem nonum, quo tempore iam de ejus vita prorsus desperabatur, ad quam accersitus Secundus Botallus frater meus, in arte chirurgica exercitatisimus (nam cum eo manuductore chirurgiam et ipse faciebam) et edocitus cuncta per astantes et patientem illico cutem, quae parvo tantum vulnere affecta erat ad decussis formam dividit, ab osse dissolvit, ac evertit, postridie modiolo perforat. Os quidem integrum erat: caeterum cerebrum immobile eo loco offendimus, nigrum ac durum, quasi crusta in carne facta videretur, unde de eius salute non parum diffidere coepimus. Verum hic non perterritus frater meus melli rosaceo duplum Aegyptiaci dicti medicamenti addidit, et ex hoc in emissario parum indidit¹, serico membranam texit, et cavum os gossipio implevit, reliquum curavit ut vulnera simplicia. Eodem die sanguinem e brachio eduxit, postero purgavit; res in melius cedere visa est. In eodem medicamenti genere perseveratum est ad triduum, quo pus satis laudabile sese obtulit, hinc solo melle rosaceo curari membrana cepit, huic aliquot dies post iridis rad. et hordei pollon. additum est, ut siccaret utcunque magis: sic ad finem usque optatum res pervenit: unde majore sum admiratione affectus, quam ex aliis aliquot quibus a principio meninx sauciata erat. Habitabat haec, dum aegrotaret, in suburbis divae Mariae nonae ad porticos Camirani. Vulnus receperat in agro, iuxta sacellum sanctae crucis“.

2. „Postridie a conflictu vel potius clade Ceresolensi (quo tempore chirurgiam exercebam), Hispanus miles ad me confugit, qui in dextro bregmate plumbeam glandem infixam habebat, cui actutum manus adhibui, et quantum oportebat cranium nudavi, glandemque protinus corvino rostro educere laboravi, haec tamen adeo tenaciter os mordebat, ut potius in frusta divelleretur, quam integra posset educi: quare statim modiolo antiquorum (nondum eo tempore striatum meum excogitaveram) operam sum a ggressus: sic globulum modiolo latoire cinxi, et eduxi una cum ciclo tenui calvariae, cui infixus erat: postea depresso os extraxi quod cerebrum premebat: continuo post membranae — coacto sanguine erat cooperta — superposui rosaceum mel admixto triplo rosacei olei, et sic processi usque dum sanguis suppurrari sejungiique coepit, biduum nempe, quo tempore medicamentum vice versa composui, nimirum triplum mellis imponebam: postea solo melle curavi ad dies aliquot: cui postremo addidi hordaceam farinam et iridem quo pharmaco ad cicatricem usque perduximus. Ab

initio phlebotomatus, purgatusque fuit; sic fauste numine in sanitatem restitutus est. Quandoque vero glans oblique collidit, et cranium tantum radit, quorum aliquot citra ossis artificialem rasionem, nec perforationem curavimus, ac curare fecimus: alios rasoriis scalpis ad membranam usque scalpimus, nonnullos alios modiolo recta ad teli sedem aperuimus, et saepius quidem felici successu, ex quibus aliquot alios superstites nominare possemus. Aliquos etiam sola illisione levissima a globulo facta, cum in fronte, tum in aliis partibus capitis, quae negligentia tam patientium, quam artificum interiisse vidimus, quibus omnibus recta ad os ictu pus collectum reperiebatur sub membranis. Verum non modo ex iis obiisse diem credimus qui a grande sclopeti leniter erant vulnerati, et citra omnem ossis fracturam, sed alios etiam multos, qui ab aliis telis erant affecti, lapidibus, nempe fustibus, casu vel illisione alia levi.“

3. „Narrabo ego sincere quod vidi. Cum chirurgia factarem, puerum curavi annum agentem aetatis suae plus minus septimum, qui ex podio altitudinis circiter pedum duodecim procederat in caput, ubi bregma una cum frontis ossis suprema parte sibi adeo confregerat, ut fragmenta ossium inter sese divisa manifestissime tactu perciperentur: cutis tamen nullo loco erat separata seu vulnerata, quod in solum planum concidisset, nec pileus e capite decessisset. Puer hic agebat sub tutela cuiusdam D. Ancillae, quae olim Astae puellas instruebat acu pingere, divertebatque tunc temporis in foro Gaudinensi in hospitio, quod quondam dicebatur domus Placentiae, in qua podium erat parte interna domus et supra portam. Ad hujus igitur curam accitus, ubi tam grandem calvariae confractiōnem percepī, totus animo confusus constiūti: puer autem loquebatur, animoque constabat dum appuli (quamvis statim a casu exanimis et sine loqua effectus fuisset, mox et evomuisset, quae in prandio sumpserat, et bilem simili) pulsū integro sed paulo frequentiore quam pro natura esse debuisse. Multa hercle animo mecum ipse pervolvebam interea, dum medica medicamenta expectabam a pharmacopoeo deferenda, nempe cum cutem dividerem, et ossa evellerem, vel sinerem: tandem potior ratio praevaluit. Non secui, sed tantum caput totum obduxī medicamento confecto ex abundanti bolo armena, et myrtilorum baccis contritis et exceptis duplo rosaceo, et una parte aceti, et altera albuminum ovorum: quo genere medicamenti quatriduum sum usus, mox ad siccantia temperate me converti: tandem citra sectionem convaluit, et multos annos post salubriter vixit, quem item vivere puto: nominis eius non memini, quod dudum sit. Quae autem ratio occurrit,

quae sectionem diss vadere debuisset (a qua per pauci abstinuissent) haec est: quod cum tam grandem ossis ruinam observarem, putabam fore vanum aperire, nisi et ossa ipsa fresa penitus abducerem, quod opus nullum naturae robur ferre potuisset, praeterea, quod cerebrum concidisset, neque etiam id tutum servare ab aëris iniuriis potuisse mus, quod autumnali tempore esset et eam domum urgeret egestas: quanquam difficultimum fuisset a tali iniuria servare etiam opulentissimum. Accedebat puerilis aetas, quae teneris ossibus et textura rara cum sit, ferrum nationem nobis faciliorem et occurrentium humorum dissolutionem objiciebant: ad haec si aperiendum mihi foret, satius esse cunctari, quam eo tempore praestare, quo animo constabat, et caeteris malis symptomatibus vacabat, quo ansam tollerem criminandi operis: quod equidem opus praestitisse post, si vel febris, vel grave aliquod aliud signum invaluisset. Res haec creditu difficilis est, non tamen omnibus artis peritis. Memini dum medicinae studiis incumberem in celeribus Academiis Ticinensi primum, mox Patavina, me historiam narrasse peritissimis chirurgis simul et medicis D. Petro Martyri et Gab. Fallopio, quorum unus (uter fuerit certe non succurrit) fassus est alias fracturas non multo absimiles curasse citra scissionem cutis, et felicissime processise. Alias sane vidi minores, et contusiones etiam, in quibus cavitas seu ossis depresso percipiebatur, quae ad integrum statum reducebantur sine apertura. Haec sane argumenta satis valida esse videntur, ut prima possint reddere dubia, nimurum, ea quae aperturam probant necessariam. Verum objicit hic alias, num tuis credendum verbis? Neminem sane cogo meis dictis fidere si ratione sint vacua, imo etiam etsi rationem habeant comitem. Quod autem historia exposita vera sit, et alios curatos viderim, nil (per hominum fidem) verius videri potest. Caeterum quod iis meis experimentis quisquam fidere debeat, ut omnes sic curare posse putem, id prorsus empiricum et ab omni ratione alienum esset; cum nihil in medicina sit stabile, unde ex re nata mutare consilium et praesidia opera praetium sit.“

4. „Castagnedus Hispanus miles quinquagenarius bellico malleo aut (si mavis) bellica clava percussus, modioli opera repetita liberatus est. Item a calvaria infantis bimi magno lapide percussi, triplici perforatione quantum ossis eximendum erat eduximus, et valuit. Molitoris erat filius, qui divertebat in suburbio divae Mariae novae, et casu a Germano milite vulneratus. Vixit, ac etiam vivit Christophorus calceolarius, quem adjuvimus quinques repetito modiolo ut defixum os eximeretur, aetatis erat annorum circiter viginti, in bregmate vulneratus halabarda (ut

aiunt) habitabatque eo tempore in suburbio divi Pauli. Alios sane praeter hoc in medium ducere possemus, nisi haec sufficere putaremus exempli causa.

Cäsar Arantius († 1589) befolgt folgende Lehre:

„Superest ut de contusis puerorum capitibus sine vulnere osse colliso et sanguine e vasis fuso, eorundemque curatione ab Hippocr. praetermissa pertractemus: et quoniam saepe accidit, ut infantes et pueri propter capitis molem, tibiarumque imbecillitatem ex alto praecepites cadant, gravesque interim contusiones experiantur: idcirco opportunum duxi hujus frequentissimi affectus, rectam curandi rationem, mihiique diu comprobatam tradere, eoque magis, quod ipse cum junior essem, minusque exercitatus, suspicarer aliquando ne sanguis sub cute fluctuans putresceret, et ad membranam descenderet, idcirco sectionem cuti interdum adhibens, ut sanguis educeretur, in maximum discrimen perduxi. Postquam vero longo rerum usu sum audacior effectus, a sectione omnino abstinendum esse constitui, nam ob effluentis sanguinis copiam resolvuntur vires, et sectionis occasione fluxio excitatur, clamitant pueri et ex clamore et gemitu, venae capitis turgent et inflamatio subsequitur, tandemque ipsa mors. Quare medicamentis tuto, nec magno quidem negotio, graves collisiones feliciter ad sanitatem restitutis infra scripta curandi ratione, si ab accepta protinus contusione abraso capillo multiplex linteum ovi albo aceto et rosaceo permixtis, madidum admoveatis, ac super deligitis, totoque die naturali ita madefieri extrinsecus linteum iubeatis, ut exsiccati non permittatur; sint tamen aestate frigida, hieme tepida, sic enim humorum confluentium impetus prohibetur, et aliqua ex parte resolvitur. Sequenti vero die subsequens cataplasma superandum est, quod habet rosarum rubrarum pulverisatarum, foliorum et baccarum myrti, ana uncias y. farinae fabar. hordei, ana unc. j. absinthii, beton. pulverisatorum, ana unc. s. cymini pulv. drachmam j, mellis alti uncias ij cum vino nigro austero fiat cataplasma, tum adde olei ros. camomel. ana unciam j. cerae q. s. Hoc medicamentum certe benedictum, bis singulo die tepidum admovendum est, ut non solum contusam partem, sed etiam circumsitas complectatur sitque eius quantitas quae una vice adhibetur mediocris. Si enim sit exigua, parum habet virtutis et ita a partis calore facile exsiccatur, si multa locus affectus comprimitur; eodemque medicamento usq. ad nonum vel undecimum diem perseverandum est. In dies enim singulos partem detumescere, collectum sanguinem resolvi, contusamque calvariam ad pristinum habitum naturae et artis beneficio perduci conspicietis. Neque est quod quis vereatur sanguinem sub

cute collectum in pueris concrescere vel corrumpi, nam prae tenuitate et caloris innati copia cutisque raritate, neque corruptitur, nec in grumum vertitur, sed a medicamento per poros cutis evaporans absumitur et exsiccatur interdumque guttulae evaporati humoris super cataplasmate conspiciuntur. Cum uno undecimus dies praeterierit emplastrum diapalma Gal. corio tenuissimo illum, superdandum est, ac tertio quoque die permutandum (est). Post vigesimum vero ad reliquias humorum absumendas, et collisam calvariam in suam sedem restituendam, barbarum emplastrum illum corio adhibeatis, et quamvis humoris sub cute collecti dissolutio diutius protrahatur, felicem nihilominus exitum habent; cavendum tamen interim ne in aedia illos maceretis, sed alimento aetati sufficiens concedite, dum tamen vino sibi temperent. Neque vere amini vulgarium et imperitorum judicia: cucurbitulas etiam ut multi faciunt, ne admoveatis, nam quamvis derivationis ratio id postulet, plus tamen ex iis incommodi, quam utilitatis sequitur; clamant enim, exagitantur et inflammantur pueri ex solo conspectu cucurbitularum, sed frictionibus vel balneo earum vice uti licebat.

Eademque denique curatio pueris recens natis opportuna est, nam plerunque vel ob magnitudinem capitis, vel quod mater sit primipara, magnas in locis muliebribus contusiones patiuntur, ex quibus magni tumores sanguine pleni excitantur: convenit tamen illis simplicior curatio, nam solo diaphaenicino ex rosaceo confecto affluxi humores discutiuntur, naturaeque beneficio collisa calvaria in pristinum restituitur. “

Guido Guidi (Vidus Vidius) aus Florenz, der Lehrer Vesals in Paris († 1569) war Anhänger der conservativen Behandlung. Er schreibt:

„Jacobus Perusinus Romae celeberimus, atque optimus nostri saeculi chirurgus mihi refert se longo usu observasse magis servari eos, qui citra scalpellī operam, partim lenientibus, partim siccantibus, curantur, quam, quibus cutis incidit itur, et os aperitur. At dum requiro quo pacto sanies a membrana cerebri detrahatur, nisi os patefat, et ipsa membrana: dumque justo nudati ossis exemplum afferens, quod cum fissum vel collisum est, necessario secari debet, ut humor evadat, qui in membrana cerebri collectus est, neque ibi subsistens putreseat, et cerebrum afficiat: „Longe“ (inquit ille) „hi casus inter se distant. Cum os apertum est, si absque sectione dimittatur, humor, qui super membrana cerebri receptus est, a calore, cum expirat, discuti non potest; quocirca putrescens hominem consumit. Neque tutum est citra sectionem

ossis experiri emplastra, quae cum calvariae causa componantur cephalalgica dicuntur, quamvis et haec docentur a Cornelio Celso et nunc a nonnullis chirurgis adhibeantur, sed ea medendi ratio fallacissima est. Ubi integra cute os perrumpitur, calor non expirat, et per se digerere saniem potest, et ossa solidare, quod in membrorum fracturis aperte videmus; fragmenta enim, cum nudata non sunt solidantur: ubi patefacta sunt, nequeunt amplius cum alio osse glutinari, atque idcirco evelli debent; naturalis enim calor in nobis omnia efficit. Nunquid oblitus es illius iuvenis, qui tribus abhinc annis in abdomine vulnus accepit, ita, ut telum a priori parte ad posteriorem in altero ilium penetraret vulnusque pervium esset: is cum minus recte curatus esset et plaga iam vetusta, atque oris obcallescentibus dejectionem alvi per plagam magna ex parte redderet, nos ambos accersivit cumque vereremur, ne (quod ratio dictabat) si plagam aperiremus, et ulcerati intestini oras, quas verisimile erat iam callum contraxisse, scalpro exasperemus, ut una postea glutinarentur, hominem ad interitum praecipitaremus, satius iudicavimus plagam exasperare, ut crux inde effunderetur, tum carnem producentibus ipsam nutrire, et postremo cicatricem inducere, atque ita naturae intestinum aperatum dimittere; res autem adeo recte processit, ut ille praeter opinionem omnium ex toto liberaretur, et nunc bene valeat. Nonne vides quantam vim habeat naturalis calor, sine ipsa natura? Haec enim (teste Hippocrate) morbos exolvit et ad omnia sufficit, animali necessaria sunt, haec item, cum valida fuerit, semper viam invenit materia quamvis crassa sit, debeatque per angusta foramina penetrare: nonne fracto osse et callo glutinato per integrum cutem sanguis evadit ita ut linteal inficiat? Quid ergo mirum est, si integra cute natura, cum potentior sit, humorem in membrana cerebri collectum discutiat?“ Haec ille quidem mihi persuasit eam esse omnino mentem Hipporatis, ut cum os nudatum non est, quamvis fractum, neque aperiatur neque secetur, et si hoc Celsi et Pauli praecepsis aduersetur. At si perrupto capite, neque os nudatum sit, neque fractura intelligatur, sed superveniant febris et mala indicia, id mihi servandum videtur, quod ab ipso praecipitur, ut os scilicet protinus secetur, et a membrana detrahatur, etiam si nudatum non sit.“

Ebenso äussert sich Vidius Junior:

„Dubium est, cum integra cute os perrumpitur, aperirena os, et subjectam membranam oporteat, ut extrahatur sanguis ex venis fusus an cutem integrum relinquere? Antonius Venturinus celeber nostri saeculi chirurgus, Pisis nobis saepius asseruit, se longo usu compérisse magis servari eos, quibus citra scalpelli

operam succurritur, imposito aliquo emplastro ex his, quae ad fracturas capitis componuntur, quam quibus cutis inciditur, et datur exitus humoris membranam laedenti. Id quod ex ratione etiam firmatur, quod integra cute calor non expiret et idcirco augeatur, possitque non solum digerere sanie et sanguinem, sed etiam fragmenta cum integro osse solidare. Hoc in membris saepe conspicitur, in quibus ossa integra cute in plura fragmenta comminuntur; solidantur enim omnia, quamvis separata ab aliis videantur; id si nudata essent minime eveniret, emorerentur et evelienda essent. Eadem ratio est calvariae perruptae, nam si tegatur adhuc cute, retinetur calor, qui et ossa solidat, et concretum sanguinem discutit. Venit in mentem Petri de Moncada, viri non minus docti, quam religiosi, qui in agro Boecinonensi ante octo annos de porticu decidit, et icto capite, calvariam perrupit integra cute; exhibiti sunt ad curationem duo ex peritioribus chirurgis Boecinonensibus, quorum alter aperiendum esse os, ut sanguis ex membrana detrahatur, judicabat; alter cutem integrum relinquendam. Nos (cum forte non longe ab ejusmodi loco tunc degeremus) ad nostrum iudicium interponendum accersiti, tutius existimavimus citra scalpellī operam, solo emplastro cephalico super imposito, hominem curari: habent enim vim emplastra cephalica ossium squamas sursum attrahendi, ac in pristinum locum revocandi, et fragmenta, tum in capite, tum in aliis corporis ossibus educendi: non solum a detergunt, ac siccant; sed ob acrimoniam ex alto in superficiem exteram, non ossa modo, sed his multo magis humorem crassum et glutinosum alliciunt. Adhibitum autem est id quod de matri sylva a recentioribus inventum est, eoque solidata sunt ossa quae tangebantur valde perrupta et discusso sanguine suffuso, homo intra XL dies liberatus est.

Von Interesse sind auch folgende Beobachtungen des Marcellus Donatus:

1. „Curabam quasi me nolente Bononiae quendam Martinum boletarum nuntium, qui fuerat ense non multum subtiliter incidente vulneratus in capite, in cuius cranio erat fractura fere capillaris, major tamen et penetrans intra sine panniculi laesione; circa decimum diem vidi accidentia suppurationem panniculi monstrantia, statim ego volui os incidere et fissuram ampliare, sed sed ille quidem nunquam fuit consentiens; tamen ego procedebam in cura cum attrahentibus et semper per rimulam illam exibat notabilis saniei quantitas, dum ei imperarem, ut impelleret a pectore ad caput aërem, et ita sufflando notabilis saniei quan-

titas exibat; tamen semper habuit febres et rigores et inquietudines usque ad quinquaginta dies; tandem natura separatum totum os capitum a dura matre, usque ad superficiem ossis, ad quantitatem hostiae magnae.“

2. „Vidi Bononiae in Reverendo D. Piramo de Pepulis, qui habebat fissuram capillarem in craneo per quam descenderat aliqua materia adhibita cura cum instrumentis ut videretur an rimula penetraret interiorem superficiem, craneum inventum est, quod sic cum raspatoriis per fissuram dilatatam exivit, et una modica et fere nulla sanie quantitas, et cessavit statim febris acutissima, inquietudines et vigiliae, et omnia mala accidentia quae aderant, et hoc etiam vidi in quam pluribus aliis.“

3. Carpus capitulo de signis ossis pungentis panniculos et cerebrum haec tradit. Quod cranium nutriatur a venis durae matris, ego vidi experientia Florentiae in quodam puero aetatis annorum duodecim, vel circa, filio cuiusdam tinctoris, qui fuit percussus a quodam mulo cum pede, et cranium erat fractum ad quantitatem hostiae magnae, et intra per grossitatem unius cultelli compressum et undequaque separatum, et ego cum Magistro Alexandro de Ripa physico, simul cum quodam Tafura dicto, qui erat chirurgicus, fui vocatus in cura, et viso osse depresso, cum instrumentis aptis volebamus elevare totaliter illud, sed in elevatione vidimus unam notabilem venam ruptam, a qua multa sanguinis quantitas exibat, in qua cognovimus periculum magnum, et dimisimus: quia retinebat sanguinem, cogitando illid deinde ad tempus removere, et curando vidimus os semper esse vividum nec aderant mala indicia, et sic processi postea ego solus in cura, et vidi os a lateribus mediante horosbors consolidari, et dimisi os, et sic perfecte sanatus est, et alias vidi mus prius et vidi posterius, quos brevitatis causa relinquo narrare. Hujusmodi venis quibus nutritur cranium laceratis, ea interius rethrahi contingit, ab eisdemque sanguinem manare, qui putrescens, nulla in osse manifesta laba conspecta circa initia, tandem saevis symptomatibus suborientibus, neci tradatur aeger. Fieri praeterea potest, ut quamvis venae non dirumpantur, ex vehementi tamen ictu et concussione, plurimis intra venas ipsas sub crano latitantes evocetur sanguis, sanguineque in parte augusta conculcato, et retento, nec debite expurgato, ex mora, et prohibita deflatione colorem extraneum concipiente suboriatur inflammatio, ad quam mortem subsequi contingit, quamvis lenissimum vulnus conspicientium oculis sese offerat.“

Ich enthalte mich der Analyse der angeführten und aus der damaligen Literatur noch leicht zu vermehrenden Fälle.

Die Ansichten, welche von den Autoren über die Zweckmässigkeit der Trepanation vorgebracht werden, sind noch heutzutage einer Berücksichtigung wert und die Meinungen tönen über drei Jahrhunderte herüber in die heute noch offene Discussion. Nach Excessen, die auf dem Gebiete der Trepanation verübt wurden, folgte ihr gänzlicher Verfall und wiederum werden in neuester Zeit Stimmen laut, welche der Trepanation einen grösseren Umfang zu geben wünschen. Die Ausdrucksweise ist eine andere geworden, aber die Frage der Gefährlichkeit des Eingriffes im Vergleiche zur Gefahr, die durch die Verletzung gesetzt wurde, ist ebenso ungelöst, wie vor Jahunderten. Nur um einen, und das allerdings wichtigen Punkt sind wir weiter gekommen. Es ist unabweisbar, die Wirkungen der antiseptischen Behandlung bei der Trepanation gründlich zu prüfen. Vorläufig kann nur von dieser Seite her eine neue Discussion eröffnet werden.

Berichtigungen.

Die vorliegende Arbeit habe ich gleichzeitig in einer Separat-ausgabe (bei Urban und Schwarzenberg in Wien) mitgetheilt, natürlich mit anderer Paginirung. Das Brechen des Satzes und meine Ueberbürdung mit Arbeiten gab Veranlassung, dass einige Sätze ausgefallen sind; es ist folgendes zu ergänzen:

S. 24, Z. 5 v. u. nach dem Worte *αὐσθησίας* ist zu ergänzen: „aus dem Schema vollständig ausgefallen ist.“

S. 27 vor Z. 11 v. o. ist einzuschalten:

„Hier wird also in den ersten Ventrikel der sensus communis verlegt, nicht die Imaginatio. Das mag vielleicht der Grund sein, dass später der sensus communis und die imaginatio als identisch genommen wurden. Wir werden später (S. 29 und 32) sehen, dass die Chirurgen beides, den Sensus communis und die Imaginatio, in den ersten Ventrikel setzten, aber jede der Functionen in einen anderen Abschnitt desselben, dabei jedoch nicht die Imaginatio, sondern den Sensus mit Phantasia identificirten.“

S. 32, zur 6. Zeile v. u. nach „ut plus apta sit recipere“ ist folgende Anmerkung einzuschalten:

„Ich habe Z. 14 dieses Absatzes „natibus“ gesetzt, ob-wol die alte venetianische Ausgabe „naribus“ enthält. Offenbar sind hier die „nates cerebri“ zu verstehen, auf welche sich der Ventrikel setzt, wenn er die „res imaginatas suscipit.“ Weiter kann man es in materialistischer Anschauungsweise nicht mehr bringen!“

S. 47 ist vor die 15. Zeile v. u. zu setzen:

„Franc. Arcaeus (Francesco de Arce) schreibt (de curandis vuln. lib. I.): . . .“

S. 49, Z. 1 v. u. ist noch hinzuzufügen:

„(S. übrigens S. 102.)“

S. 77 nach Z. 5 v. o. ist einzuschalten:

„Die wörtliche Uebersetzung der Stelle ist auf S. 39 gegeben: dort heist es: per aurem humor albus, pulticulae similis ($\alpha\kappa\nu\sigma\tau\iota\kappa\sigma$ πόρου ὄγρον λευκόν καὶ ἀθηρώδοντας) emanat.“ Hiebei ist nur die angegebene breiige Consistenz der Flüssigkeit ($\alpha\thetaηρώδης$, humor pultaceus) etwas beirrend.“ Die Uebersetzer greifen auf das Wort „puls“ Suppe, Brei zurück.“

S. 78, Z. 14 v. o. ist nach dem Worte „Zeichen“ einzuschalten:

„Das Abfliessen von Blut oder Eiter aus dem Ohr hat Lanfranchi, wie auf S. 35 angeführt ist, leider als Zeichen der Verletzung des Gehirns oder der Hirnhäute aufgefasst.“

S. 93, Z. 10 v. o. ist nach dem Worte „trianguli“ folgende Anmerkung einzuschalten: „Guido drückt sich besser aus, iudem er sagt; aut secundum figuram cifrae 7, ut dicit Lanfrancus, was also einen V-förmigen Schnitt bedeutet.“

S. 104 vor die 1. Zeile v. o. ist einzuschalten:

„darunter einen (Nr. 2), wo die Trepanation zur Entfernung einer im rechten Schläfebein steckenden Kugel vorgenommen wurde. Sehr beachtenswert sind die bei diesem Falle gemachten Bemerkungen über Knochenquetschung durch Schussprojectile.“

Druckfehler.

S.	9 Z.	4 v. u. statt An curysma	z. l. Aneurysma
"	10 "	21 v. o. " sagitae	" " sagittae
"	11 "	8 v. u. " autequam	" " antequam
"	23 "	10 v. o. " redere	" " reddere
"	23 "	10 " " aerem	" " aërem
"	24 "	13 " " Einzelner	" " Einzelnes
"	25 "	10 v. u. " medallae	" " medullae
"	26 "	9 " " ecut a	" " acuta
"	27 "	16 v. o. " ed	" " et
"	28 "	5 " " sres	" " tres
"	31 "	4 " " tpontaneo	" " spontaneo
"	36 "	2 v. u. " Schläg	" " Schlag
"	61 "	10u. 12v. u., Arcaeus	" " Massa
"	65 "	10 v. o. " 64	" " 61
"	71 "	14 v. u. " Empicorum	" " Empericorum
"	72 "	1 v. o. " intergerrimam	" " integerimam
"	74 "	6 " " Süturen	" " Suturen
"	75 "	5 " " iudicia	" " indicia
"	79 "	3 " " in	" " ni
"	80 "	16 v. o. " aer	" " aér
"	97 "	14 " " eundem	" " eundum
"	99 "	15 v. u. " suggatur	" " sugatur
"	102 "	2 " " gry	" " gr. y.
"	103 "	11 " " deferreretur	" " deferretur
"	111 "	7 " " augusta	" " angusta
